Christophorus Cellarius: Notitia Orbis Antiqui. Cantabrigiae MDCCIII v.I. s. 848 - 855

Ora Propontidis et Ponti

~~Supra~~ Deinde (τὴν Μέγαρα πόλιν) est Cissa oppidum, ad Aegos flumen, quod adluit. Plinius lib. iv. cap. xi: Chersonesus à Propontide habuit Tiristasin. Crithotem: Cissam flumini Aegos adpositam. - - .

Tiristasis Plinii etiam a Scylace Τειρίστασις vocatur, sed huic extra Chersonesum posita. Ait enim, κατὰ τὴν Χερρόνησόν ἐστι Θρᾴκια τειχία τάδε, πρῶτον, Λευκὴ ἀκτή, Τειρίστασις, Ἡράκλεια, Γάνος, Γανίαι, Νέον τεῖχος, Πέρινθος πόλις καὶ λιμήν.

- - - - - -

Supra Isthmum Chersonesi in ora Propontidis est primum Μακρὸν τεῖχος, quod Plinius ita lib. iv. cap xi. descripsit: Oppida: Cypsela, Bisanthe, Macron Tichos dictum, quae Propontide ad Melanem sinum inter duo maria porrectus murus procurrentem exclusit Chersonesum. - - - Ptolemaeus Μακρὸν τεῖχος velut oppidum ad Propontidem inter Pactyen et Bisanthem habet positum, ut de situ dubitare, si oppidum quoque ejus nominis fuit, saltem de termino muri, non liceat. Non autem hic cum alio Longo muro, posteriori aetate à Propontide ad Pontum ducto, ut tutior in medio ad Bosporum sita Constantinopolis esset, confundatur, de quo in Thracia medii aevi sumus dicturi. Bisanthe ergo ad Propontidem fuit: quod etiam Mela adfirmavit.

(ἀκολουθεῖ)

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

2

In Propontide, inquit, Selymbria, Perinthos ... tum Rheso regnata quondam pars Thraciae; et Bisanthe Samiorum.

Stephanus 98 dixit: Βισάνθη πόλις Μακεδονίας κατὰ Θρᾴκην Ἑλληνίς, ἄποικος Σαμίων.

Dicta etiam fuit Rhaedestus, vel Rhaedestum, praesertim aevo posteriori ...

Procopius de Aedific. lib. iv. cap. ix Ἡρακλείας δὲ ἄποθεν ἡμέρας ὁδὸν χωρίον ἐπιθαλάσσιον, Ῥαιδεστὸς ὄνομα.

Abr. Berckelius ad Stephani Βισάνθην censet eundem locum esse, quem Resiston duobus itineribus Antoninus dixit ...

Bisanthae Ganum adjungimus, incerti quamvis, quo loco accedat aut latere.

Plinius iv. cap. xi. In ora amnis Erginus: oppidum fuit Ganus. Quod fuit, olim eversum erat.

Xenophon lib. vii. Expedit. Cyri pag. 241. Ἐπειδὰν ἐπὶ θάλατταν ἀφίκωνται, παραδώσειν αὐτῷ Βισάνθην, Γάνον, Νέον τεῖχος.

Est et Hieroclis Γάνος, inter episcopales urbes in provincia Thraciae Europe.

Sequitur apud Ptolemaeum amnis Argus, inter Bisanthen et Perinthum in Propontidem se effundens: et tum ipsa urbs Perinthus, quae posteriori aevo Heraclea est adpellata. ...

Succedit Selymbria ...

Inter Perinthum et Byzantium duo Antoninus interposuit, Caenofrurion et Melantiadem, ut Paeanius etiam ......

(ἀκολουθεῖ)

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Apris	
Resiston	M.P. XXVI
Heracleam	M.P. XXVI
Caenophrurion	M.P. XXIV
Melantiada	M.P. XXVIII
Byzantium	M.P. XVIIII (sic).

.....

Μελαντιάς, inquit (ὁ Σουΐδας), ἡ νῦν περὶ πολλοῦ λεγομένη Μελιτίας, κώμη τῆς Θράκης, δύο καὶ ἑκατὸν σταδίους διεστῶσα τοῦ Βυζαντίου. Παραρρεῖ δὲ αὐτὴν Ἀθύρας ποταμός, ὃς ὀλίγα τι προελθὼν, καὶ ἐπὶ ἄνεμον Καικίαν ὀλίγον τι ἠρέμα ἐπικλίνας, ἐς Προποντίδα τὸν ῥοῦν ἀπερεύγεται. Ἔνθεν καὶ τὸ πρὸς αὐτῇ ἐπίνειον τὴν ἀπ' αὐτοῦ φέρεται προσηγορίαν.

.....

Ultra Athyram fluvium, Byzantium versus, Ptolemaeus posuit alium Βαθύνιαν, qui etiam a Plinio memoratus est.

videtur Appiano Βιθύας, bello Mithridatico pag. 246.

Mela in hac ora, ut supra vidimus, oppidum habet Bathynidem sive Bithynidem: quod si fuit aliquod (ceteris enim ignotum est) ad hoc flumen fuisse non est quod dubitemus.

Mela huic orae addid Erginum fluvium. Post Selymbriae, Perinthi et Bithynidis enarrationem, adjungit: amnes, qui interfluunt, Erginos et Athyrae. Plinius: in ora amnis Erginus: sed inter quae oppida labatur, neuter definivit.

Nec plus indicii pro certiore loco ex Apollonii versu 217 (ἀμφοῖν?)

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

lib. i. Argonaut. habemus,

– – – . . ποταμοῖο παρὰ ῥόον Ἐργίνοιο.

Alter fluvius Ἀθύρας a Ptolemaeo et Suida per θ scribitur: in Melae autem libris vulgatis Atyras sine adspiratione.

– – – – – – – – – – –

Supra Byzantium LXXX stadiis est ad Bosporum λιμὴν Δάφνης, ab Arriano notatus Periplo Ponti extremo. et inde per stadia XL, ubi στόμα τοῦ Πόντου, erat τὸ ἱερὸν τοῦ Διὸς Οὐρίου: a quo tantumdem spatium id est XL stadiorum ad insulas Cyaneas est.

Ora Ponti sequitur à Bosporo usque Mesembriam vel Haemi extrema: quam itidem Arrianus illustravit; nec minus lib. iii. cap. xi Ptolemaeus.

Ab austro adscendenti prima urbs est Φινόπολις, cujus situm Ptolemaei rationes constituunt. Non habet Arrianus illius mentionem: ubique autem Plinius lib. iv. cap xi.

Phinopolis, inquit, juxta quam Bosporus, id est prima urbs Ponti post Bosporum, ex Melae et Ptolemaei dispositione.

Sed quia distantiam locorum in hac ora Arrianus curatius, quam ceteri, notavit, pretium est, inverso ejus itinere, haec ex Periplo excerpere.

Fano Jovis Urii, ubi os Ponti		
Cyaneas insulas	XL	stadia
Phrygiam	CCCXX	stad.
Salmydessum	CCCXXX	"
Thyniademacrem	CC	"
Aulaei moenia	CXX	"
Chersonesum	CL	stad.
Apolloniam	LX	
Anchialum	CLXXX	stad.
Mesembriam	LXX	"
Haemi extrema	XC	"

(ἀκολουθεῖ)

Quae prima Arriani Phrygia, videntur Phileae esse Pomponii, qui lib. ii. cap ii. ita a ~~sempt~~ septentrione progreditur in austrum versus: Recta dehinc [ab Apollonia] ora, nisi quod media ferme in promontorium, quod Thyniam vocant, exit, et incurvis contra se littoribus obtenditur, urbesque sustinet Halmydesson et Phileas et Phinopolin.

Ptolemaeo hoc loco est, Φιλία ἄκρα, sub quo haud dubie Phileae, Melae oppidum, fuerunt.

Zosimus lib. i. cap. xxxiv, ibidem situ cum loco Melae et Ptolemaei prope convenit, meminit Φιλεατίνη λίμνη κατὰ δυσμὰς [illegible] Βυζαντίου πρὸς τῷ Πόντῳ παράκειται.

Et quid conjecturis opus est ex locorum vicinitate? clare periplus anonymi, quem Vossius edidit, quod quaeritur, revelat pag. 164. Ἀπὸ Ἀλμυδησσοῦ εἰς Φρυγίαν τὴν καὶ λεγομένην Φιλίαν. . . .

Ptolemaeus Ἀλμυδησσὸς αἰγιαλός. Stephanus Ἀλμυδησσὸς κόλπος τοῦ Πόντου. . . .

Θυνιὰς ἀκτή, Arriani est: Ptolemaei Θυνιὰς ἄκρα.

At Plinius: Oppida, Thynias, Halmydessus, Develtum.

Aulaei maenia sive castellum, graece Αὐλαίου τεῖχος, solius Arriani est et anonymi, qui suum ex illius periplo transcripsit.

Θυρῶν χωρίον ille anonymus interpretatur.

Guil. Stuckius latine maenia vertit: Vossius, castellum, τεῖχος.

Quae sequitur Chersonesus Arriani, inter hoc castellum (ἀποδοθῇ)

est et Apolloniam, in qua ὅρμος ναυσὶ est, utroque Periplorum consentiente auctore.

Interponit Ptolemaeus Περουστικόν, et Τόνζου: de quibus nihil praeterea nobis cognitum est. - - - -

Supra Apolloniam (Strabo lib. vii. pag. 221) Ἀγχιάλη πολίχνιον Ἀπολλωνιατῶν.

Mela dicto loco: Odessos, Mesembria, Anchialos.

Plinius neutro genere: Nunc in ora Mesembria, Anchialum, ubi Messa fuerat.

Zosimus quoque memoravit sub Valeriano lib. i. cap. xxxiv; et Trebellius Pollio Vita Claudii cap. xii Barbari, Anchialo vastata, conati sunt Nicopolin etiam obtinere.

Et Ammianus lib. xxii. cap. xix. Tomi, et Apollonia, et Anchialos. - - - -

Et heic finit Ptolemaeus oram Thraciae, ulteriora quae sunt, et ipsam Mesembriam, Moesiae inferiori adjudicavit. - - -

Strabo lib. vii. pag. 221. Εἶτα [post Odessum] τὸ Αἵμου ὄρος μέχρι τῆς δεῦρο θαλάσσης διῆκον. Εἶτα Μεσημβρία Μεγαρέων ἄποικος

Plinius lib. iv. cap. ix. Oppidum Tetranaulochus. Mons Haemus, vasto jugo procumbens in Pontum, oppidum habuit in vertice Aristaeum. Nunc in ora Mesembria, Anchialum. Illa Tetranaulochus ultra Haemum sita erat, etiam simpliciter Naulochus dicta, at ditionis Mesembrianorum. Strabo dicto loco: Ὀδησσὸς Μιλησίων ἄποικος, ἡ Ναύλοχος Μεσημβριανῶν πολίχνιον.